Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Sermo. "SAnctificavi domum hanc... (3Rg9,3). Verba ista respondit dominus Salomoni regi ..."

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Sermo de eodem

Sanctificaui domum hanc quam edificasti ut pone-
rem nomen meum ibi in sempiternum iii. Regum
9º capitulo. Verba ista reddit dominus Salomoni regi
postquam edificauerat templum in Ierusalem. Fecerat oracionem
et ymolauerat multa milia ouium spiritualiter
autem ponitur quod triplicem domum sibi sanctificauerit
dominus scilicet singularem uniuersalem et moralem
Prima domus scilicet singularis est beatissima virgo maria
quam dominus sanctificauit quadruplicater primo a macula
originalis peccati in vtero matris vnde illi qui cele-
brant eius concepcionem habent respectum ad eius sanctificacionem
que facta est ante eius natiuitatem psalmista Sancti-
ficauit tabernaculum suum altissimus etc. Secundo sancti-
ficauit eam a prauitate venialis peccati in concepcione
filii dei quia spiritus sanctus ita refrigerauit eam quod etiam
motum venialis peccati non sensit Luce primo Spiritus
sanctus superueniet in te etc. Tercio a reatu originalis
peccati in morte filii quia licet sanctificata fuisset ab ori-
ginali peccato tamen remanserat reatus ad
penam ita quod nec ipsa nec aliquis alius potuisset
videre deum nisi solutum fuisset precium in morte Christi
Apostolus ad Colosenses 2º delens quod aduersum nos
erat etc. Quarto sanctificauit et mundauit a penali-
tate in morte sua quia corpus virginis non vidit cor-
rupcionem que consistit in tribus ad terreis tenebris in
resolucione etc. Bernhardus id est in corpore glorificato quod est
in celo. Secundam domum scilicet vniuersalem quod est
ecclesia sanctificauit et mundauit etiam quadruplicater
Primo scilicet per vndam fluminis in diluuio que est Ori-
ginali mundo non pepercit diluuium etc. Secundo per
vndam sanguinis in patibulo Apocalipsis primo Qui
dilexit nos et lauit nos sanguine suo etc. Ter-
cio per vndam flammis in scenaculo attrium. Sedit
super singulos eorum spiritus sanctus Nam spiritus sanctus adueniens
purgauit corda apostolorum ab omni carnalitate vt
essent perfecti in caritate Luce. Primo Ignem veni mittere

metͬ et Quarto ꝑstantia ignis i iudicio pꝰ ignis
ante ipm̄ precedet ⁊ i flammabit i circuitu eꝯ Tercia
domū sꝫ ancillam que ē fidelis aīa sanctificat dn̄s
⁊ mundat sex modis Primo ꝑ baptismū nō mundat
ab originali pc̄tō Et hoc triplicit᷑ Vnam i baptismo
primo tollit᷑ macula Sc̄ʒ debilitat᷑ concupiscentia Tercio
tollitur pena i carentia visionis dei q̄ oīa manet
i aīa nō baptizati hoīs D'primo Ezechielis 36. Effun-
dam sup vos aquā mundā et mundabimini etc̄ De 2o.
ad Romanos 6. Non ergo regnauit ꝑctm̄ i vrō mor-
tali corpore etc̄ De 3o. ad collossen. Qui eripuit nos
de ꝑtāte.